Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26020
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mirabiliter eripit. per mare rubrum sicco uestigio educit.
pharao persequens eum omni populo suo fluctibus immergit. Rex
autem celestis ciuitatis exercitum suo ducatui per colump
nam ignis in nocte. per nubem in die precebat. et panem an
gelicum omne delectamentum sibi habentem per .xl. an
nos pascebat. melliflua aqua de petra producta refici
ebat. et in terra fluentem lac et mel introducebat. de bella
tus undique hostibus ierlim ciuitatem melchisedech regis
iusticie reddebat. In qua dauid rex sub figura xpi huius
exercitus princeps extitit. qui exercitum domini hic pregnum et
aduenam. et futam patriam esse inquirendam docuit. Por
ro nabuchodonosor rex babylonie princeps iniquo
partis ierlim expugnans populum dei captiuauit. quem
lxx. annis uarius in uarius cruciauit. Sed hem tum rex
suus eripuit. et ablata castra restituit. Bello itaque
utique acerrime ingruescente. et nemine laboranti
bus succurrente. rex glorie de aula celi descendens lo
ricam carnis induit. suis multis festinum auxilium prebu
it. Nam mox cum tyranno hujus mundi principe prima manu
congressus. victum quoque fugientem carnis loricam exuta persequitur.
captum quoque cum regina morte in abyssum relegat. regnum ei
per turbat. captos inde liberat. depositam carnem uestem pug
ne aptam reindunt. electam apostolorum cohortem. legionem quoque mar
tyrum in seratissimos hostium cuneos induxit. accinctos ba
bylonie undique usum expugnari edicit. Dein celi arce
se recipiens. misso spiritu sancto suis animis constantiam spem quoque uic
torie tribuit. insuper pluruma confessorum uirginum aliorumque fi
delium agmina in aciem pugne duxit. victoribus premia
corone prefixit. Alii itaque delecti summi imperatoris contra
principes tenebrarum et spiritalia nequitie armata diuinitus